

Band III., Nr. 727, Seite 212-213

König Heinrich (VII.) nimmt das Kloster der heiligen Maria in Schussenried mit dessen Gütern in seinen Schutz, erteilt demselben Freiheit vom Reichszolle, das Beholzungsrecht zum eigenen Bedarfe aus den königlichen Waldungen, und seinen Dienst- und Eigenleuten die Erlaubniss, sich selbst und ihre Güter an das Kloster hinzugeben.

Ulm, 1227. Februar 15.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Iustitia^a exigit et ratio ipsa postulat, ut ecclesiis dei, longe lateque in regno nostro constitutis, vigorem consilii et dexteram auxilii benigne impendamus, illis maxime a quibus omni tempore, omni hora sanctarum orationum percipimus suffragia, et si nos in tabernaculo dei offerentes aliquid supererogaverimus, ab illo vero Samaritano, cum redierit, nobis centuplum esse reddendum speramus et credimus. Eapropter cognoscant universi fideles regni, presentes et futuri, quod nos, intuitu eterne retributionis et spe future pacis et quietis, cenobium sancte Marie in So-reth¹ et personas ibidem deo famulantes cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus ad eandem iuste pertinentibus sub nostram protectionem atque defensionem suscepimus omnesque possessiones, quas etiam in futuro deo an-nuente rationabiliter et legitime poterunt adipisci, nostra regali auctoritate ipsis confirmamus et corroboramus. In quibus hec propriis dignum duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum cenobium est situm, cum silvis, aquis, pratis, agris et pascuis, predium in Loupach² et capellam cum omnibus suis attinentiis, predium in O^olsruthi^b, in Tunzenhusen, in Amizinswilare³, in Churenbach, in Ophirbach⁴, in Durnon⁵, in Geizburren. Concedimus preterea fratribus ibidem deo servientibus et eorum subditis et ministris, ut per universa fora nostra negotiationes suas exercean libere sine

^aIm Schussenrieder Diplomatär steht hier und an vergleichbaren folgenden Fällen durchgängig *c* statt *t*.

^bIm Original steht *Vsupolsruthi*.

¹Schussenried (Bad Schussenried, BC).

²Das WUB identifiziert den Ort an dieser Stelle mit Laubach, Ochsenhausen, BC, korrigiert aber auf S. 456 im selben Band (Nr. 951) in Laubach, Ostrach, SIG.

³Enzisweiler, Bad Schussenried, BC.

⁴Hopfenweiler, Bad Waldsee, RV ? Das WUB vermutet darin einen Ort „Hopfenbach“ im Oberamt Waldsee.

⁵Eintürnen, Bad Wurzach, RV ?

II

theloni pensione, et ut liberam habeant potestatem succidendi silvas et foresta nostra pro claustris necessitate. Ad hec, si quisquam ministerialis noster, sive mercator sive rusticus sive cuiuscumque conditionis homo vel cuiuscumque sexus, se ipsum aut aliquid de suis mobile vel immobile eidem cenobio conferre voluerit, sciat hoc cum nostra esse licentia et voluntate. Hoc quoque universitatem fidelium latere nolumus, predictum claustrum libertate privilegiatum sicut et alia claustra sancte Romane et apostolice sedi pertinentia, nec nos nec quenpiam alium quicquid iuris aut potestatis in eo habere, preterquam quod nos illud intuitu dei in tuitionem nostram recepimus et ei pro iustitia adesse volumus et preesse; unde si quis violentiam ei intulerit aut illud ulla in parte leserit, sciat se nos lesisse et gratie nostre offensam incurrisse. Et ne hec a succedencium memoria possint elabi, presentem super his paginam fecimus conscribi et sigilli nostri impressione muniri.

 Huius concessionis testes sunt: Ludiwicus dux Bawarie, Hartmannus comes de Dilingin, Cunradus comes de Zolre, Eberhardus dapifer de Walpurc, Cunradus pincerna de Winterstetin, Burchardus de Hohinburc, Eberhardus de Fronehouen et alii quam plures.

 Ada sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, indictione quinta decima. Datum Vlme, XV. kalendas Marcii.

—

Der Abdruck dieser Urkunde erfolgte im gedruckten WUB nach einem auf Pergament im 15. Jahrhundert geschriebenen Diplomatar des Klosters Schussenried, an dessen Spitze die Urkunde steht. Nachträglich konnte ein Vergleich mit dem Original vorgenommen werden. Die wichtigsten, sich daraus ergebenden Textabweichungen wurden in die vorliegende Edition stillschweigens übernommen, vgl. zu den Textfassungen das gedruckte WUB, Bd. III, S. 212 f., Nr. 727, sowie die entsprechenden Anmerkungen in WUB, Bd. IV, S. 485.

 An weißer Leinenschnur hängt das etwas abgeriebene königlich Siegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 52

Überlieferung und Textkritik:

Original. War in dem 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 229.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 549. Huillard-Bréholles: Historia diplomatica, Bd. 2, 2, S. 906.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 732, Nr. 4033.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ulm

Aussteller:

Heinrich (VII.); König

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Bayern
 Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)
 Burg Hohenzollern, Bisingen, BL
 Dillingen an der Donau, DLG
 Dunzenhausen Wohnplatz (17074)
 Dunzenhausen, Bad Schussenried, BC
 Eintürnen Wohnplatz (18932)
 Eintürnen, Bad Wurzach, RV
 Enzisweiler Wohnplatz (17075)
 Enzisweiler, Bad

IV

Schussenried, BC
 Fronhofen Wohnplatz (20999)
 Fronhofen, Fronreute, RV
 Gaisbeuren Wohnplatz (18848)
 Gaisbeuren, Bad Waldsee, RV
 Homburg Wüstung (26143)
 Homburg, Radolfzell am Bodensee, KN, W
 Hopfenweiler Wohnplatz (18858)
 Hopfenweiler, Bad Waldsee, RV
 Kürnbach Wohnplatz (17079)
 Kürnbach, Bad Schussenried, BC
 Laubach Wohnplatz (17436)
 Laubach, Ochsenhausen, BC
 Laubbach Wohnplatz (21215)
 Laubbach, Ostrach, SIG
 Olzreute Wohnplatz (17083)
 Olzreute, Bad Schussenried, BC
 Rom, Latium, Italien
 Samaria, Israel
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)
 Ulm Wohnplatz (16648)
 Ulm, UL
 Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)